

LXXX. ALPIS GRAIA (*petit S. Bernhard*).

Graia Alpibus nomen inde inditum esse, quod Hercules cum Geryonis bubus ex Hispania in Italiam rediens eo loco per montes viam sibi patefecisset, posteriores auctores fabulabantur (Nepos Hann. 3, 4; Liv. 5, 34, 6; Plin. h. n. 3, 17, 123. c. 20, 134; Petronius c. 122), cum apud priores eadem fabula aptius cum Alpibus maritimis coniungatur via directa per litus Ligusticum (Pseudo-Aristoteles mirab. 86; Diodor. 4, 19, 20; Ammian. 15, 10, 9). Illam viam vere tenuisse Hannibalem et Coelius auctor est (nam *Cremonis iugum* eius apud Liv. 21, 38, 7 videtur mons esse Cramont prope S. Bernhardum minorem) et Nepos (l. c.) et omnium longe primarius Polybius, qui quae ipse tradit, Strabonem 4, 6, 12 erroris coarguunt ubi ait Polybio id ipsum placuisse, quod postea multis placuit, Hannibalem iter fecisse per Alpem Cottiam. Nec dubium est Graia Alpe praecipue Italicos usos esse, si quando aetate liberae rei publicae ex Transpadana Galliam Comatam peterent, donec, sicut infra videbimus, Cn. Pompeius a. u. c. 679 Alpem Cottiam aperuit. Sed ne tum quidem via per Graiam in usu esse desiit; ita D. Brutus cum a. 711 ex Transpadana in Galliam ulteriorem pergeret, cum adversarii inferiorem regionem ad Isaram usque tenerent, Eporedia Cularonem ad Isaram venit (Cicero ad fam. 10, 23. 11, 23), scilicet per Alpem Graiam. Idem confirmant auctores (Tacitus hist. 2, 66) et itineraria, quamquam primariam viam hac aetate eam fuisse, quae per Cottiam tendit, infra demonstrabitur. — Viam ab Augusta Tarantasia itineraria sic determinant:

<i>Peutingeranum:</i>	<i>Ravennas 4, 30. 26:</i>	<i>Antoninianum p. 346. 347:</i>
Augusta Pretoria	Augusta Predula	Augusta Praetoria
XXV		XXV
Arebrigium	Arebribium	Arebrigium
XVI		
Ariolicum		XXIII
VI	iuxta Alpes civitas	
in Alpe Graia	Graia	
XII	Breniton	Bergintrum
Bergintrum		
VIII	Amiman	XVIII
Aximam		
X	Daratatia	Darantasia
Darantasia		

Secundum Promisium (*Aosta* p. 115 seq.) auctorem et recentissimum et longe optimum Arebrigium incidit in vicum Derby, Ariolica in alterum la Tuile. Alpis Graia est collis S. Bernhardi minoris. Sequuntur in valle Isarae Bergintrum ad Bourg S. Maurice; Axima, nunc Aime; Darantasia, nunc Moutiers en Tarantaise. — Tituli hinc non prodierunt nisi in partibus Augustae proximis ad Villeneuve et n. 6899 ibi prope in ponte rivi Cogne facto privatis sumptibus imperante Augusto a. u. c. 751.

6896 Chastelargent, grand marbre que le Marquis de Roncas Baron du dit lieu a fait tirer de terre et poser sur l'autel de la chapelle du chateau MOCHET. *Trasferita dal Sig. Marchese di S. Giorgio nel castello di S. Piero* MURATORIANA. In aedicula Castris argentei GIOFFR. Hodie Villeneuve muro infixam dans la caserne des carabiniers.

Medusa

leo leo

currens currens

Q · PETILLIO

 EROZI · AVO

PETILLIAE · Q · L

 FAVSTAE · AVIAE

5 Q · PETILLIO · CLEMENTI

 PATRI · VIVIR

L · PETILLIO · MARTIALI

 FRATRI

FIRMIAE · Q · F · TERTVLLAE

10 MATRI

SALVIAE · LASCIVAE · VXORI

Q · PETILLIVS · Q · F

 SATVRNINVS

 MIL · LEG · XXII

15 PRIMIGENIAE

VI · VIR · AVGVSTAL · AEDIL

 II VIR TESTAMENTO

 FIERI · ROGAVIT

 ARBITRATV

20 Q · PETILLI · Q · L

 SVRI

fascis sella fascis

 curulis

 cum

 suppedaneo

Contuli. Monterin p. 22, a quo pendent Mochet f. 13 (quamquam hic ait se vidisse et quaedam ex lapide videtur emendasse) et Dutillet p. 185 (ex eo per Caissottum Mur. 729, 4) et Gioffredus theat. stat. (1682) 2, 40; Gazzera ms. duobus exemplis; Aubert Aoste p. 76, *rev. arch.* n. s. 6 (1862), 76 qui ligno incidit; Promis Aosta p. 38.

Paucae litterae quae perierunt v. 1. 2. 4. 6. 7 supplevi ex exemplis antiquis, quorum propagatio ut intellegatur, varias lectiones quasdam adscripsi. — 11 LASCIVAE ego, ASCANIAE · CENSORI Mont. Moch., ASCANIAE (om. CENSORI) Gioffr. Dutillet, ASCARIAE Gazz. I, ASCAVAE Gazz. II, ASCV//AE Aub., ASCVSAE Prom. — 14. 15 MIL LG AAII PRIMIGENITAE Monterin Moch., MIL LEG AAII PRIMIGENIAE Gioffr. — 16 AVGVSTALIA · EDIDIT Monter. Gioffr., AVGVSTALIA · EDID Mochet.

6897 Villeneuve aux degrés du logis du Docteur Antoine Vuilliers MOCHET. Ibidem in gradu scalarum privatarum PROMIS. Ego frustra quaesivi. — *Transportée à Turin par le comte de S. George de Blandrate* GAZZ. errore. Locum non enuntiat ZACC.

Q · AVILIVS

Q · L · QVARTIO

 SIBI · ET

 IVLIAE · C · F · RVFILLAE

5 VXORI

 FIRMINO · fil. ET

 SECVNDINO FIL

Mochet f. 16 (inde per Caissottum Mur. 1306, 11; ex Mur. I. F. Muratori Asti n. 56 ed. 2, Vag. n. 118); Zaccaria exc. 1, 58 ex Rivautellianis; Gazzera ab amico; Promis ms. et Aosta p. 46, qui ipse non legit nisi versus extremos.

Quae non vidit Promis inclinatis exhibui. — Vv. non recte divisit Gazzera. — 1. 2 Q · OLIVILIVS · Q · L · QVARTVS Gazz. — 4 RVFILLAE Moch. — 6 FIL · ET scripsi, . . . ET Zacc., MIEA Moch., MILERV Gazz., HI Prom.